

obtenta, licentia ab Ordinario loci, ut ex citat. Clement. *Quamvis*.

»5.º Si Ordinarius illius loci consentit: ex cap. *Nullus*, caus. 9.ª, q. 2.»

3212. P. ¿Puede el Obispo, estando en su diócesis, imponer censuras á un súbdito suyo que cometió un delito en su diócesis y después se marchó á otra?

R. San Ligorio, con la sentencia común, tiene por cierto que puede; porque si no fuese así, quedaría impune su delito, pues ni podría ser censurado por el Obispo en donde se halla actualmente, ni por su Obispo, de cuya diócesis partió; y añade San Ligorio: «Et licet citatio rei non possit fieri extra territorium, sufficit tamen ad censuram incurram, ut reus in propria domo vel in loco publico proprii territorii citetur: ita Salmant.»

Algunos autores se opusieron á esta doctrina, fundados en el cap. *Ut animarum, de constit.*, in 6, donde se dice: «Cum extra territorium jus dicenti non pareatur impune;» pero estas palabras del derecho canónico se entienden, como dice el Compendio Salmaticense (tract. XXXVI, num 32), «quando delictum non est commissum in proprio territorio; quo in casu jurisdictio Episcopi non extenditur ad subditum in alio episcopatu existentem.»

3213. La censura del Obispo impuesta por un delito contra un súbdito suyo, es válida si el acto ó la omisión pecaminosa se consumó dentro de la propia diócesis, áun cuando, al imponerse la censura, el delincuente se halle en otra diócesis. Aunque San Ligorio había asentado la misma doctrina en el lib. 7, núm. 22, voy á transcribir las palabras del Compendio Salmaticense, porque me parecen más claras y razonadas. Dice así:

«Si censura imponatur ob actum, vel omissionem, in proprio territorio consummatum, incurritur ab existente in alieno; ut si Episcopus ju-

beat sub censura clericis venire ad synodum aut suæ ecclesiæ assistere, inobedientes illam incurrunt, esto sint extra diocesim, quia abstinentia seu non præsentia consummatur intra propriam diocesim. Contra vero, si delictum fuit inchoatum in proprio territorio et consummatum in alieno, non incurritur censura; ut si sit lata contra stuprum committentes, et illud quis in proprio territorio inchoavit tactibus, sed extra consummavit; quia censura fertur contra actum in sua linea completum. At si quis *lethaliter* alium vulneravit in proprio territorio, licet extra moriatur, incurrit censuram latam contra homicidas, quia tota actio occisiva fuit consummata ex sua parte in proprio territorio.» (Tract. XXXVI, num. 33.)

P. ¿Puede el Obispo, fuera de estos casos exceptuados, censurar á un súbdito suyo que comete un crimen en diócesis ajena?

R. He aquí lo que dice el Compendio Salmaticense en el lugar citado (núm. 34): «Jurisdictio Episcopi limitatur quoad personas et locum suæ diocesim, nisi ratione delicti sortitur forum; ergo dum extra ejus territorium est persona, et ibi delinquit, non subjacet censuræ illius. Unde si Episcopus ferat censuram contra accedentes ad monasteria monialium, et contra cum eis loquentes, *accedens* ad monasterium exemptum illam incurrit, secus vero *loquens* cum illis. Ratio primi est, quia accessus seu via subditur ditioni Episcopi. Ratio secundi est, quia monasterium exemptum reputatur extra suam ditionem. Alienum autem subditum delinquentem in sua diocesi valet punire censuris; quia ratione delicti sortitur forum, et fit ejus subditus; nisi exeat priusquam illum citet aut ejus causam incipiat, quia non est ejus subditus simpliciter, sed tantum ratione delicti, et manens in ejus territorio, saltem usque ad citationem aut causæ inchoationem.»

3214. En cuanto á las censuras que los preladados regulares fulminan contra sus súbditos, comprenden á éstos en cualquier lugar que se hallen, porque la jurisdicción de los superiores regulares no mira principalmente al lugar, sino á las personas: el religioso, al hacer su profesión, por el voto de obediencia se obliga á obedecer á sus legítimos preladados en cualquier parte en que se encuentre: cap. *A nobis*. Esta es doctrina y sentencia comunísima, como puede verse en San Ligorio (lib. 7, núm. 20).

3215. La potestad delegada para imponer censuras es la que se concede por el que tiene potestad ordinaria. La potestad delegada expira por la muerte del delegante, «*nisi causa à delegato jam fuerit incepta*, etiam per solam citationem. 2.º Delegatus non potest subdelegare, nisi vel expressam habuerit licentiam à delegante, vel sit delegatus à Pontifice, vel saltem ad universalitatem causarum.» Pero se ha de notar que ni el delegado del Papa puede subdelegar, cuando en la delegación se expresa que el Papa le elige por su especial pericia. Esta es doctrina corriente.

#### ARTÍCULO IV

*De las cosas que se han de observar en la imposición válida y lícita de la censura.*

3216. Dice Busembau que la imposición de la censura será nula:

»1.º *Ob defectum ferentis*, si careat jurisdictione, vel eam habeat impeditam per censuram, vel suspensam per legitimam appellationem; de qua vide Laym.

»2.º Si substantialis ordo judicii prætereatur; ut si reus non citetur, nec moneatur sub comminatione censuræ. Ratio, quia non est contumacia, qui ante non fuit monitus de præcepto et poena annexa. Quod tamen intellege de censura ab homine lata per

sententiam particularem; quia quæ fertur à jure, vel per sententiam generalem, vel etiam specialem, respectu tamen actus *futuri*, non eget alia monitione; cum lex aut sententia ipsa satis moneat. Idem est de sententia non illativa censuræ, sed declaratoria tantum; quia absque alia monitione declarari potest censura incurra, quando crimen, cui est annexa, commissum esse evidenter constat.» Y añade: «Porro, ut censura sit licita, requiritur primo, ut dicta monitio sit canonica, id est, trina juxta canones; etsi aliquando ex justa causa sufficit una tribus æquivalens, v. gr., moneo te semel pro tribus vicibus. 2.º Ut ex scripto recitetur. 3.º Ut causa censuræ exprimat. 4.º Ut reo petenti exemplum scripturæ intra mensem tradatur; alioquin judex ipse suspenditur à divinis officiis: Filliuc.»

A continuación de estas palabras de Busembau me parece conveniente copiar al pie de la letra lo que dice el Doctor San Ligorio acerca de las cosas que deben concurrir para lo válido y lícito de la imposición de las censuras; porque habiendo diversidad de opiniones en estas materias, y no teniendo yo razón sólida en contrario para apartarme del Santo, me adhiero á sus resoluciones en esta materia; pues además de ser un gran canonista y tener mucha experiencia, su doctrina está muy autorizada. Bien quisiera consultar á la brevedad, pero me he propuesto tratar todas aquellas cuestiones que puedan ser útiles á los que deseen ser buenos moralistas. El Santo Doctor, en el lib. 7, números 52 y 53, dice así:

«Prænotandum est hic, quod non in omnibus censuris requiritur monitio rei; nam in excommunicatione, quia ibi omnino requiritur rei contumacia, requiritur etiam monitio; in suspensione autem et interdicto particulari (secus generali), quia hæ censuræ feruntur aliquando per modum

non censuræ, sed puræ pœnæ ad punitionem peccati præteriti, ideo non semper monitio requiritur: ex cap. *Tum litteris* 33, de testib.; *Cum in cunctis* 7, de elect.; cap. *Sacro* 48, de sent. excomm., et cap. 2, eod. tit., in 6: ita Bonac., Salmant., etc.

3217. »Sed quæritur 1.º An censura sine monitione prolata sit valida? Quod monitio sit necessaria de necessitate præcepti, nemo dubitat: ex cap. *Reprehensibilis*, de appellat., etc. (Vide Salmant., cap. 1, num. 82). Et hic notandum, quod monitio debet specialiter fieri de censura cujus fit comminatio, ut Suarez et Salm. cum Soto, etc. Utrum autem monitio sit necessaria de essentia adest duplex sententia probabilis.

»*Prima sententia*, quam tenent Suarez, Bonac., Cajet., Diana, etc., apud Salmant. (qui putant probabilem), dicit Ecclesiam, sive Papam ex plenitudine potestatis posse censuras ferre, nulla præmissa monitione. Et probant ex cap. *Duo sunt*, dist. 96, ubi Innocentius excommunicavit Arcadium ob delictum præteritum: ex cap. *Tanta*, dist. 86, ubi Sanctus Gregorius excommunicavit quosdam sine monitione ob crimen jam factum.

»*Secunda vero sententia*, communior et probabilior, quam tenent Sanchez, Salmant. cum Soto, etc., docet omnino præmittendam esse monitionem canonicam, nisi censura sit jam lata à jure. Probatur ex cap. *Statuimus* 3, de sent. excomm., ubi dicitur quod canonica monitio necessario præmittenda est; *aliter excommunicatio prolata non teneat*. Et idem dicitur in cap. *Constitutionem* 9, eod. tit. Præterea probatur ex Matth., 18, ubi: *Quod si Ecclesiam non audierit, sit tibi tamquam ethnicus*. Ergo Ecclesia non habet facultatem ferendi censuras, nisi contra contumaces qui nolunt Ecclesiam audire; censura enim est pœna medicinalis, quæ tantum in eum fulminanda est, qui ob suam contumaciam aliter sanari non possit; nullus

autem contumax dici potest, nisi prius de pœna infligenda fuerit admonitus.

»Nec obstant textus oppositi; nam ad cap. *Duo sunt* respondent Salmant. (num. 86), quod Arcadius ibi excommunicatus fuit, quia Chrysostomum injuste prius ejectum noluit revocare. Ad textum autem in cap. *Tanta* respondetur non esse ibi proprie sermonem de excommunicatione, nisi tantum de privatione Eucharistiæ. Dixi autem nisi censura sit à jure jam inflictæ sententiæ, quia tunc ipsa lex monet; excipitur tamen 1.º suspensio lata contra religiosos usurpantes decimas, vel prohibentes aut non permittentes eas solvi; Clement. 1, de decimis. Excipitur 2.º, excommunicatio lata in religiosos impediennes visitationem Episcopi; ex Clement. unic., § fin., de statu monachor.; in utroque enim casu in præfatis textibus requiritur monitio.»

Después pregunta San Ligorio (número 54), si se puede imponer válidamente censura por un pecado pasado; y responde así: «Stando autem in jure communi, proculdubio invalida est censura lata ob peccatum mere præteritum, nisi habeat tractum successivum in futurum, ut docent Salmant., Conc., etc. Nulla enim esset censura lata ob blasphemiam vel furtum mere præteritum. Quando ergo excommunicatur aliquis ob furtum, excommunicatur ratione contumaciæ, vel quia fur sciebat furtum esse ab Ecclesia vetitum sub censura, vel quia monitus sub pœna censuræ, renuit restituere; ita Viva. Tunc enim incurritur censura sine alia sententia declaratoria, ad differentiam aliarum pœnarum ecclesiasticarum, ut sunt privatio officii, inhabilitas ad officia, etc., et quæ semper sententia saltem declaratoria indigent; Croix cum Lessio, et communi.»

3218. P. Si la censura conminada es ferenda, ¿se requiere monición?

R. Si la censura fué conminada ab homine, es sentencia común que no se requiere monición; porque, como dicen Sánchez, los Salmaticenses, y los sigue San Ligorio, «per illud præceptum (que se hizo al imponer la censura ferenda) jam etiam habetur monitio ab ipso iudice facta.» Cuando la censura fué impuesta à jure, hay dos opiniones: Suárez, Layman y algunos otros autores dicen que se requiere indispensablemente la monición; pero San Ligorio, siguiendo á Sánchez, Bonacina y otros, tiene por más probable que no se requiere monición, porque ésta ya la hizo la ley, del mismo modo que cuando la censura es lata, y además hay contumacia por parte del transgresor; el cual, avisado por la ley de la censura que se le podía imponer, no obstante tras pasó el mandato. Es verdad que en ese caso, antes de fulminar la censura, debe ser citado, porque tal vez tenga algún motivo razonable que le excuse de la censura, como muy bien advierten Suárez, Bonacina, San Ligorio y otros: «nisi forte, excipit Bonacina, crimen sit adeo notorium, ut evidenter constet nullam reo competere defensionem.» (San Ligorio, lib. 7, núm. 55.)

El Santo Doctor, en el núm. 56, dice así: «Notandum autem: 1.º Quod monitio canonica proprie est trina; sed etiam canonica est, si fiat una pro tribus (adhuc sine causa); dummodo pro ista una æquivalens tempus designetur, nempe, sex dies (nam pro unaquaque monitione requiritur spatium saltem duorum dierum, ut dicunt Suarez, Salmant., etc., et colligitur ex cap. *Constitutionem*, de sent. excomm., in 6), et dummodo terminus sex dierum assignetur ut peremptorius et ultimus; alias reus contumax non constitueretur; ita Salmant., Bonac. Sufficit tamen si dicatur: «Mandamus ut infra sex dies restituat, alias excommunicatur ipso facto;» quia tunc virtualiter terminus

peremptorie assignatur; Suarez et Salmant. Notandum 2.º, quod ex justa causa tria illa intervalla redigi possunt ad unum diem, vel brevius tempus, modo tria spatia assignentur, ut Suarez, Bonacina, etc. Et aliquando, si periculum sit in mora, ut si clericus ad mortem ducatur, vel si agatur de reprimenda violentia et turbatione jurisdictionis, sufficit tunc una monitio sine illis competentibus tribus spatiis, modo terminus designetur, ut Salmant., Croix, etc. Notandum 3.º, quod monitio debet fieri ab ipso iudice, vel ab alio ejus nomine; et si censura imponitur in commodum partis, ad illius instantiam citatio fieri debet; ita Suarez, Bonacina et Salmant., cum aliis. Debet etiam monitio fieri in scriptis, nisi iudex procedat ex officio, prout tenetur aliquando ob bonum commune, ex cap. *Venerabilibus*, § Porro, de sent. excomm., in 6; quia tunc sufficit si monitio fiat oretenus, ita tamen ut probari possit in foro; ita Salmant. cum Gib. et Cornej., ex cap. *Sacro*, de sent., etc.

En el núm. 57 dice el Santo Doctor: «Quod si censura ferenda sit contra plures generaliter, sufficit ut fiat monitio in ecclesia coram populo; si vero ponatur interdictum contra communitatem, sufficit ut moneantur ii ob quorum culpam fertur; ita Suarez, Bonacina et Salmant., etc. Si autem fulminetur censura contra particularem personam, tunc ipsa specialiter monenda est. Excipe tamen tres casus sequentes, in quibus sufficit fieri monitionem in ejus domo, vel, si domum non habeat, in ecclesia, vel loco publico. Casus 1.º est, quando reus absconditur, aut fraude impedit monitionem, ut Salmant. cum Avila, ex cap. fin. de dolo et contum. Dolus autem debet constare testibus, aut manifestis indiciis; Con. cum Salmant., etc. Casus 2.º, quando reus est semel personaliter citatus; tunc enim aliæ citationes fieri possunt

domi, aut in ecclesia, aut **tribunali**; Salmant. cum Bonacina, **ex** decis. Rotæ Romanæ. Casus 3.<sup>us</sup> **est**, quando probari potest citatio **domi** facta jam ad notitiam rei pervenisse; tunc enim reliquæ citationes etiam **domi** fieri possunt; Suarez, Bonacina cum Salmant., et colligitur ex **Clement. 3. de elect.**

Después añade San Ligorio, en el núm. 58: «Notandum 5.<sup>o</sup>, quod licet de necessitate præcepti trina **monitio** sit necessaria, alias **judex** **lethaliter** peccabit (nisi urgentissima **causa**, ut supra, excusaret), uti apud **omnes** est certum; sine tamen illa trina **monitione** minime equidem **censura** erit invalida, cum in cap. **Romana, de sent. excomm.**, in 6, **censuræ** sine **monitione** debita inflictæ vocentur **injustæ**, sed non invalidæ; immo in cap. **Sacro, de sent. excomm.**, dicuntur **justæ**, intellige, eo quod saltem non **sunt** contra **justitiam** commutativam **aut** distributivam, quamvis sint **contra** legalem; ita Pal., Bonac. et Salmant., etc. Excipiuntur tamen duo **casus**, in quibus, nisi præcedat trina **monitio**, vel una pro tribus, ut supra, **invalida** est **censura**. 1. Quando **judex** **excommunicat** aliquem (vel suspendit, **aut** interdicit) **communicantem** cum **excommunicato** à se; ex cap. **Statuimus, et cap. Statutum, de sent. excomm.** 2. Quando constat **delegatum** non **aliter** accepisse facultatem ferendi **censuras**, quam trina **monitione** **præcedente**; Salmant.»

Continúa San Ligorio en el número 59: «Hæc quoad **monitionem** **censuræ**. Quoad autem **censuræ** **sententiam** notandum 1.<sup>o</sup>, quod **ad** **censuram** **incurrendam** non **sufficit** **simplex** voluntas superioris; sed **requiritur** ut **sensibiliter** ipse eam **manifestet** **scripto** **aut** **verbis**, ut est **certum** apud Salmant.; **aut** etiam **alio** **externo** **signo**, ut communiter Suarez et Salmant., etc., **contra** aliquos. Notandum 2.<sup>o</sup>, quod licet pro **censuris** **valide** ferendis non sint **necessaria** ver-

ba aut signa determinata, oportet tamen ut **sufficienter** determinetur **persona** et **censura**; Salmant. ex Divo Thoma in 4, dist. 27, q. 1, art. 2. Et idem dicitur de **censuræ** **absolutione**; Salmant., etc.

A continuación, en el núm. 60, dice San Ligorio: «Notandum quod ad **censuras** **licite** **ferendas**, **observandæ** **sunt** **solemnitates** **assignatæ** ab Innocentio IV, in cap. **Cum medicinalis 1, de sent. excomm.**, in 6, ubi sic habetur: «Quisquis igitur **excommunicat**, **excommunicationem** in **scriptis** **proferat**, et **causam** **excommunicationis** **expresse** **conscribat**. Exemplum vero **hujusmodi** **scripturæ** **teneatur** **tradere** **excommunicato** **infra** **mensem**, si fuerit **requisitus**, super qua **requisitione** **fieri** **volumus** **publicum** **instrumentum**, vel **litteras** **testimoniales** **confici**, **sigillo** **authentico** **consignatas**.» Postea additur: «Si quis autem **judicum** **hujusmodi** **constitutionis** **temerarius** **extiterit** **violator**, **per mensem** **unum** **ab** **ingressu** **ecclesiæ**, **et** **divinis** **Officiis** **noverit** **se** **suspensum**.» Et deinde: «Et hæc eadem in **suspensionis** **et** **interdicti** **sententiis** **volumus** **observari**.» Ratio Pontificis hæc omnia **præscribendi** **fuit**, ne **festinanter**, et **temere**, et **imprudenter** **censuræ** **fulminentur**. Ultra autem has **pœnas** **ipso** **facto** **incurrendas**, alias **assignat** Pontifex à **superioribus** **inferendas**, nempe: 1.<sup>o</sup> Ut **reus** **protinus** à **censura** **absolvatur**. 2.<sup>o</sup> Ut si **judex** **in** **eo** **mense**, in quo **suspeditur** **ab** **officiis** **et** **ingressu** **ecclesiæ**, illis se **ingesserit**, tunc **irregularitatem** **incurrit**. 3.<sup>o</sup> Ut **idem** **judex** **teneatur** **solvere** **expensas** **omnes**, et **insuper** **arbitrio** **superioris** **alias** **pœnas** **subire**. Ex quo **infertur**, quod **licet** **censura** **sine** **præfatis** **solemnitatibus** **sit** **valida**, ut **verius** **tenent** Palaus, Salmant. cum Avila, etc., **contra** Ripa et Sayr., dum **ex** **ipso** **cap. cit.** **præcipitur** **ut** **judex** **censuram** **relaxet**, ergo **valida** **censetur**; attamen **judex** **proculdubio** **graviter**

peccabit, si aliquam ex dictis solemnitatibus omittat, nempe, si non ferat censuram in scriptis; si causam non assignet; si exemplum postulanti non concedat: ita Bonac. et Salmant.» etc.

San Ligorio continúa en el número 61: «Advertendum tamen 1.<sup>o</sup>, quod hoc currit, quando **censura** **fertur** **per** **modum** **sententiæ**, **cognita** **causa**, cum **citatione**, ut patet ex verbis in cit. cap. **Cum medicinalis; Si quis judicum**, etc.: secus, si **censura** **fertur** à **jure**, vel **etiam** **ab** **homine**, sed **per** **modum** **legis** **generalis**, sive **præcepti** **particularis**, v. gr., **alicui**, **ne** **aliquid** **agat**; tunc enim tales **solemnitates** **non** **requiruntur**: ita Salmant., número 74, etc. Advertendum 2.<sup>o</sup>, quod in **scriptura** **debet** **exprimi** **causa** **censuræ**, **non** **in** **genere**, sed **in** **specie**; et **insuper** **scriptura** **debet** **esse** **authentica**, ita ut **sigillo** **obsignata**, et **subscripta** à **judice**, vel **alio** **ejus** **nomine**; **aut** **saltem** **quæ** **idoneis** **testibus** **probari** **possit**: Salmant., número 75, etc. Advertendum 3.<sup>o</sup>, quod, si **judex** **sit** **Episcopus**, **sufficit** **si** **proferat** **censuræ** **sententiam** **per** **alium**; si vero **sit** **Episcopo** **inferior**, **debet** **per** **seipsum** **proferre**, vel **saltem** **per** **notarium**, **aut** **alium** **ministrium**: Salmant., num. 76, etc. Advertendum 4.<sup>o</sup>, **non** **incurrere** **pœnas** **qui** **dictas** **solemnitates** **omitteret** **ex** **causa** **urgentis**, quæ **moram** **non** **pateretur**, cum in **textu** **dicatur**: *Si quis temerarius*, etc. Ex quo **infertur**, quod **non** **solum** **non** **incurrit** **pœnas** **Episcopus**, **etiamsi** **culpabiliter** **solemnitates** **omittat**, dum in **pœnis** **suspensionis** **et** **interdicti** **debet** **specialis** **mentio** **fieri** **de** **Episcopis**, ut ex cap. *Quia periculosum, de sent. excomm.*, in 6; unde dum in cit. cap. *Medicinalis* **inter** **alias** **pœnas** **indicitur** **suspensio**, **apparet** **quod** **sanctio** **illa**, **sicut** **non** **respicit** **Episcopos** **quoad** **suspensionem**, **neque** **quoad** **alias** **pœnas**: ita Pal. et Salmanticens., num. 77, etc.; sed **nec** **etiam** **quivis** **alius** **ex** **ignorantia** **culpabili** **omittens**,

quia **temeritas** **veram** **scientiam** **requirit**. Advertendum 5.<sup>o</sup>, quod **pœnæ** **incurruntur**, **etiamsi** **censura** **non** **habeat** **effectum**, puta, si **judex** **jurisdictionem** **habeat** **impeditam**, vel si **reus** **solvat** **aut** **appellet**; quia à **Pontifice** **non** **punitur** **prolatio** **injustæ** **censuræ**, sed **prolatio** **sine** **solemnitatibus** **præscriptis**: ita Salmanticenses, núm. 79, etc.

3219. En el núm. 62 del citado lib. 7, pregunta San Ligorio: «An **incurratur** **censura** **lata** **sub** **distinctione**, v. gr., si **dicatur** *maneat excommunicatus, vel suspensus*; ó, como dicen los Salmaticenses, en el lugar antes citado, *si non restituís intra mensem, excommunico aut suspendo te*; en este caso, ¿se incurriría en uno de los dos extremos?

R. Navarro, Silvestre y otros dicen que esa **censura** **no** **produciría** **efecto** **alguno**, «quia **ad** **censuram** **requiritur** **ut** **ipsa** **in** **specie** **individue** **determinetur**;» porque del modo que se ha puesto la pregunta, *non est ratio cur una et non altera incurratur*. Los Salmaticenses resuelven del modo siguiente esta cuestión: «Verior tamen est **secunda** **sententia** **affirmans**, quando **judex** **aliqua** **ex** **illis** **ligare** **intendit**, quamvis **indeterminatam** **relinquat**. Quam tenent Suarez, Bonacina, etc.;» porque, como dice San Ligorio, siguiendo á los Salmaticenses: «vi illius **propositionis** **copulativæ** **tantum** **optio** **datur** **reo** **eligendi** **censuram** **qua** **malit** **ligari**, si **autem** **nullam** **eligat**, dicunt Bonac. et Cand., **utramque** **incurrere**; sed **melius** **tenent** **Salmant.** **cum** **Suarez** **quod**, si **unam** **frangat**, **alteram** **eligere** **enseatur**;» y añaden los Salmaticenses (núm. 64): «Quia **quando** **ex** **disjunctiva** **una** **pars** **destruitur**, **manet** **altera**.»

P. ¿Puede imponerse una **censura** **bajo** **condición**?

R. Es **indudable** que se puede, ex cap. *Præterea 2, de appellat.*; pero **no** **se** **incurrirá** **en** **la** **censura** **hasta** **que**

esté cumplida la condición (San Ligorio, lib. 7, núm. 63). Como la apelación suspende el efecto de la censura cuando se hace antes de la sentencia (pero no si se hace después de ésta), de aquí es que, si se apela antes de cumplirse la condición bajo la cual se impuso la censura, no se incurre en ésta. La condición algunas veces se impone por un delito pasado; por ejemplo: «Te excomulgo, si no das satisfacción por la injuria que hiciste á Fulano;» otras veces se impone por un delito futuro; por ejemplo: «Te excomulgo, si cometes este hurto ó si matas á algún hombre.»

**3220.** P. Si el Obispo dijese á Pedro: «Te excomulgo, si dentro de un mes no restituyes á Antonio los mil reales que le hurtaste;» en este caso, si Antonio dijese á Pedro: «Te doy dos meses de término para que me restituyas,» y Pedro dejase pasar un mes sin restituir, ¿incurriría en la censura que el Obispo le impuso?

R. Aunque algunos autores dijeron que Pedro incurriría en la censura si Antonio le diese el plazo de dos meses sin autoridad del Obispo, es indudable que no incurriría en ella, ex cap. *Pastoralis, de appel.*; porque, como dicen los Salmaticenses (núm. 69), Navarro, Silvestre, etc., con San Ligorio (núm. 63): «Sicut potest creditor debitum remittere, ita et terminum prorogare.»

P. Y pasado el término prorogado por el acreedor, si Pedro no restituyese, ¿incurriría en la censura?

R. Hay dos opiniones: «Prima negativa, si fuit tempus à creditore prorogatum, inconsulto iudice; quia prorogare aut suspendere censuram actus est jurisdictionis, quam minime habet creditor: ita Ugol., Navar., etc. Secunda et probabilior sententia affirmat: Suar., Pal., etc... Et probatur: quia creditor censuram non suspendit aut prorogat sicut terminum; sed hoc ipso quod ad instantiam illius lata sit, iudex suspendi vult ad termini

prorogationem ab ipso assignatam: nec designatio temporis à iudice facta fuit ad finiendam obligationem, ut aliqui volunt, sed ne ultra tempus absque consensu creditoris prorogaretur.» Son palabras de los Salmaticenses (tract. X, núm. 70), y lo mismo sustancialmente dice San Ligorio (núm. 64).

Los Salmaticenses (núm. 68) dicen así: «Si, pendente conditione, aliquis forum mutet, adhuc incurret censuram, adveniente conditione; quia per sententiam in ipsum preventus est à iudice ante fori mutationem; quomodo per fori mutationem non amittitur iurisdictio; quia ubi iudicium cœptum est, ibi finire debet (leg. *Ubi cœptum, ff. de iudiciis*): ita Ugolin., Coninch. Quod limitat ex Suar., quando mutatio domicilii fit in fraudem ad effugiendum iudicium; non vero quando ob justam causam post inceptum iudicium domicilium mutaretur.»

**3221.** En cuanto al tiempo ó días en que se debe pronunciar la censura, he aquí lo que dice San Ligorio (número 65): «Hic deinde notandum 1.º, quod censura ferri debet diebus non feriatis, quando ipsa per modum sententiæ profertur, ex cap. fin., *De feriatis*. Si vero diebus feriatis feratur, erit illicita quidem, sed non invalida, ut Pal. etc. Verum bene possunt ferri diebus feriatis censuræ, quando imponuntur per modum legis aut præcepti; et etiam illæ quæ feruntur per modum sententiæ, quando contumacia ita patet, ut cognitione causæ non egeat, ex cap. *Evidentia, de accusatione*. Monitio autem censuræ frequentior fieri solet die non feriato, si causæ cognitio non præcedat; secus si præcedat: Salmant... Notandum 2.º, quod si iudex sciat censuratum esse absolutum pro foro interno, docent Henriq., Filliuc., etc., non esse puniendum pro foro externo. Notandum 3.º, quod qui semel censuram incurrit, debet denunciari et publica-

ri, ut sic citius resipiscat, ex cap. *Pastoralis, § fin., de appellat.*; et Clement. fin., *de censuris*. Hæc autem, si lata fuit ab homine, sive per modum statuti, sive per modum sententiæ particularis, ab ipsomet debet denunciari. Si vero lata fuerit à jure communi, denuntiatio debet fieri ab Ordinario loci ubi censura incurta fuerit, ex Clement. 1., *De privil.* Sed tunc ante denuntiationem præcedere debet citatio rei, faciendâ à superiore proprio, dato ei termino ad jus suum dicendum; alias denuntiatio erit nulla ex Clement. *Sæpe, de verbor. significat.*: ita Croix cum Navar., etc., et aliis communiter apud Salmant. Si autem reus satisfactionem offerat, statim est absolvendus: Salmant. cum Suarez.»

## ARTÍCULO V

*De las causas que invalidan la censura por no haber motivo suficiente para imponerla, y de la clase de pecados por que puede imponerse.*

**3222.** Es inválida la censura cuando se fulmina sin justo motivo. He aquí las palabras de Busembau: «Tertio (erit invalida) ob defectum justæ causæ. Hæc autem deficere potest tripliciter: 1.º, si nec à parte rei; nec secundum allegationem fori externi subsistat; 2.º, si à parte rei crimen subsistat quidem, non tamen in ordine ad iudicium, quia reus de eo non confitetur, nec legitime de eo convincitur; 3.º, si à parte rei non subsistat crimen, etsi juridice probetur, ideoque titulum seu causam præsumptam habeat iudex. In quo casu etsi sententia à parte rei sit injusta, ideoque probabilius censura non liget in foro conscientiæ, in foro tamen externo servari debet propter scandalum.»

Sobre cuyas palabras dice San Ligorio (núm. 67): «In dubio an censura sit incurta vel ne, in foro conscien-

tiæ non tenemur nos gerere ut censuratos. Et hoc sive dubium sit facti, id est, circa crimen, puta, si dubitetur an percussio clerici fuerit graviter injuriosa, ut docent Sanchez, Bonac., etc.; sive dubium sit juris, id est, circa sententiam, puta, si dubitetur an censura fuerit latæ an ferendæ sententiæ, vel an conditio apposita in sententia sit impleta vel non, ut Sanchez, Bonac., etc., ex Div. Thoma, qui Quodlib. 4, art. 14, docet, quod post determinationem iudicis standum est ejus sententiæ, secus ante determinationem. Ratio pro dubio facti est, quia in dubio nemo est expoliandus jure suo communicandi quod possidet; pro dubio autem juris ratio est, quia pœnæ sunt restringendæ, unde in dubio non incuruntur. Si vero post censuram incurtam dubitetur de absoluteione obtenta, vel de appellatione interposita, et similibus, tunc omnino reus debet se habere ut censuratum; quia tunc possessio stat pro superiore, ut recte dicunt Sanchez, Pal., Salmant., etc. Et idem dicendum cum Sanchez et Salmant., si dubium sit de potestate superioris, quando hic pacifice eam possidet.

»*Dubitatur* 1.º (num. 68). In dubio an censura fuerit justa vel ne, an ut justa sit iudicanda? Negat Dicast. apud Croix, dicens superiorem esse quidem in possessione ferendi censuras justas, sed cum de justitia dubitatur, potius dicendum est possidere libertatem subditi. Sed verius affirmant Suar., Salmant., et alii communiter; quia in dubio possidet potestas iudicis.

»*Dubitatur* 2.º An si reus habet opinionem probabilem pro se, teneatur parere iudici aliquid præcipienti sub censura, puta, solutionem pecuniæ? Affirmandum etiam cum communi, sive dubium sit juris, sive facti; quia alias numquam lites finirentur: ita Salmant. cum Soto, etc. Bene tamen advertunt Salmant. cum Avi-